

C A N D I D O L E C T O R I I O A N N E S
G V I N T. A N D E R N A C V S.



V A E partes meæ sunt, cādide lector, multū in hoc ope-
re sudatum est, uel exemplaris uitio, quod unicū mihi con-
tigit, uellaboris magnitudine, dum mendas emaculare co-
nor. Accedit huc quod horis tantum succisiuīs, quibus ab
artis nostrę usu uacare licet, uersioni incubuerim. Expecta-
batur quidem opus hoc multis iam annis à uiro non ineruditō : uerum
cum nimia mora studiosos magis ac magis torqueret ille, cōpulsus sum
ego ab amicis, tanquam in harena illa probè exercitatus, laborem conuer-
tendi libri suscipere. In quo quām feliciter me gesserim, alij iudicent.
Hoc possum mihi audacter assumere, neminem facile fore, qui
cītra aliorum exemplariorū subsidia exactius quid pro-
ferat. Cæterum *sabbatis* nunc affectum, nunc
dispositionem interpretor; hoc te nō
nescire uolebam. Vale.

20 Med. IV.
29 (20)

viii 2
F.



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

20